# Laudetur Jesus CHristus

## Diarium seu formula tempus per diem ordinate distribuendi & iuxta hanc distributionem singulas actiones sive disponendi & sancte perficiendi.

Certe sanctitas & perfectio nra praecipue in eo constituenda est, ut singulae cogitationes locutiones et actiones nrae coram Deo atque ipsius et gloriam eius sanctae et perfecte fiant: quemadmodum enim Deus et Dnus nr omnia opera sua perfectissime perficit, ita & nos omnia opera nra optime faciemus, dum ea cum imitatione Xti D. N. perfecte peragemus: atque si illum imitabimur, qui semetipsum omnis perfectionis nrae in actionibus nris attendendum absolutissimum exemplar proposuit nobis his verbis: exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita et vos faciatis. Estote perfecti, sicut & Pater vr caelestis perfectus est. Sicut ergo Deus omnia propter semetipsum operatus est, ita et nos omnia opera nra propter ipsum operari debemus, ut sanctus sibi restitutus finem credant qui finis et intentio sua et norma in omnibus nris operationibus esse oportet, scil: ipsum summum bonum et amabile, quod est solus aeternus Deus, alpha et omega, principium et finis: ut ipse de se testatur. Sed quia nec perfectum & rectum est nisi quod ordinatur; ordinatum autem non est, quod non in debito tempore, pondere et mensura fit neque a pondere & mensura deficit, ubi quisque pondens suis actionibus certum suum et ordinem non praescribit. Ecce! Modum hunc & ordinem amoris tibi praescribo, quem per Dei gratiam, quoad poteris ad amussim observare conaberis, saltem quamdiu in claustro nullo distrahente officio praepeditus sub regularis disciplinae privatus religiosus degis et vivis.

Porro nullas quasi generales regulas prae et super omnia necessario tibi observandas praescribo atque propono.

1. ut omnes cogitationes, verba & opera pure et sincere, ac cum intentione fiant ex = in = et propter amorem Dei; atque hic principium, medium et finis totius vitae tuae praecipua ~~intentio~~